1353

Notum sit cunctis quod nos Bengius dei gratia abbas monasterii stagni absoluimus et diffinimus et a nostra potestate eicimus te P. de Solerio barbagos absentem tanquam presentem parochie sancti Andree de castro Ciro filium P. de Solerio barbagos et M. uxoris eius condam tanquam hominem nostrum et dicti monasterii ab omni dominacione et seruitute qua tenebaris nobis racione mansi de Solerio barbagos qui mansus est alodium nostrum et dicti monasterii cuius mansi tu fuisti heres dantes tibi potestatem standi in tua liberalitate et franquitate ubicumque tibi magis placuerit uel eligendi alium uel alios dominum uel dominos absque aliqua contradicione nostra uel nostrorum successorum ut melius dici potest et intelligi per qua diffinicione abuimus et recepimus quinquaginta solidos monete barchinonensium de terno renunciando excepcionis peccunie non numerate et doli et in factum. Hanc autem diffinicionem et absolucionem facimus tibi saluo et retento nobis omne ius quod pertineat dicto mansso de Solerio barbagos cui tu renunciasti. Actum est hoc XX septima die mensis febroarii anno domini M° CCC° quinquagesimo tercio. Sig. ffrancisci dni Bengii dei gratia abbatis predicti qui hec facio et firmo.

Testes huius rei sunt P. de Rippa cellararius et ffrancischus refrotorarius dicti monasterii.

Sig. Bengarii dei gratia stagnensis monasterii abbatis predicti firmantis.

Sig. ffrancisci michaelis de podielis presbiteri monasterii stagnensis et notarii publici dicti loci et ecclesie sancti felicis de Caciola auctoritate venerabilium vicariorum domini vicensis episcopi qui hec scribi feci et clausi auctoritate qua supra.

1353